

possit sine altero cognosci. Ideo necesse est in diffinitionibus utroque relatiuum sua correlatiua poni. Sciendum quare quod in diffinitione relatiui non ponitur suum correlatiuum tanquam pars essentialis eius. Cum relatiuum et correlatiuum sint realiter et essentialiter distincta, sicut pater et filius sed ponitur in eius diffinitione tanquam terminus dependencie ipsius relatiui, quia talis dependencia non perfecte cognoscatur nisi cognoscatur terminus eius. Et terminus ponitur loco differentie quare in relatiuis sumitur versus respectu talis termini. Unde diffiniendo relatiuum ponitur dependencia per genere et correlatiuum eius per versus. ut dicendo paternitas est dependencia vel relatio patris ad filium et per pater intellectus ultime proprietatis relatiuorum. Contra predicta arguitur primo sic. Partes substantie non sunt versus relatiua nisi ipsi conuenit ista diffinitio. cum esse ipsarum sit ad aliud quodammodo, ergo diffinitio non est bona. Secundo sic. Omne accidentis habet dependenciam ad suum subiectum quia esse eius est ad aliud quodammodo se habere, ergo ista diffinitio conuenit omnibus accidentibus et non solum diffinitio.

Tertio sic. vniquodque habet diffinitum et cognoscitur eo modo quo habet esse, sed vni relatiuum habet esse separatum a suo correlatiuo, ergo vni potest diffinitum cognoscitur non cognoscendo alterum. Quarto sic loco diffinitum licet ponere suam diffinitioem. Si in diffinitione ponatur correlatiuum loco illius correlatiui poterit poni diffinitio eius in qua ponitur relatiuum, ergo idem poterit poni in diffinitione sua quod est inconueniens, ergo male dicitur quod relatiuum debet diffinitum per suum correlatiuum. Quinto sic vni quodque potest diffinitum per genus et differentiam, sed relatiua habent genus et versus intrinsecam, ergo vni relatiuum potest diffinitum per suum genus et per suam versus sine suo correlatiuo. Ad primum dicitur quod totum esse primum subiectum non est ad aliud ut intelligitur in

hac diffinitione licet ultra suum esse subiectum le importent quendam respectum ad comparationes totius a quo respectu capiuntur notia propria. Ideo non conuenit ista diffinitio. Ad secundum dicitur quod licet totum esse cuiuslibet accidentis sit per dependenciam ad subiectum tamen illud esse non se habet ad aliud tanquam ad terminum cum quo dicitur ad conuertentiam nisi in versus relatiuis, quod tamen ponitur in hac diffinitione per illam particulam quodammodo. Ad tertium dicitur quod licet relatiuum habeat esse separatum a suo correlatiuo, tamen illud esse non est absolutum sed respectiuum in ordine ad suum correlatiuum. Ideo habet cognoscitur et diffinitum per ipsum.

Ad quartum dicitur quod licet in absoluto loco diffinitum liceat ponere diffinitioem non tamen in respectiuum. Ideo in diffinitione relatiui loco correlatiui non potest poni sua diffinitio. Cur ratio est quia diffinitio correlatiui explicat ipsum ut est dependens ad relatiuum. Et ipsa ponitur in diffinitione correlatiui tanquam terminus dependencie sui relatiui. Ideo diffinitio non explicat ipsum eo modo quo ponitur in diffinitione alterius. Ad quintum dicitur quod licet relatiuum habeat differentiam tamen illa differentia non est absoluta, sed respectiua et dependens ad terminum extrinsecum. Ideo ipsa non potest perfecte notificare relatiuum nisi apponatur terminus dependencie eius etc.

Qualitas est

Postquam autem determinauit de predicamento ad aliquid. Hic primum determinat de predicamento qualitatis ipsam sic diffinitum. Qualitas est huiusmodi quod quilibet est dicitur ut huiusmodi albedine dicitur albi in quo diffinitio subintelligitur forma accidentis que se habet ut genus diffinitum. Et dicitur intelligi per illud relatiuum quod Deinde ponitur huiusmodi quod quales esse dicitur. Ad versus omnium aliorum primum quare nullum aliorum predicatur in eo quod est quale simpliciter ut facit probare inductiue